

**PROCEDIMIENTOS SELECTIVOS DE INGRESO, ACCESO Y
ADQUISICIÓN DE NUEVAS ESPECIALIDADES EN LOS CUERPOS DE
PROFESORES DE ENSEÑANZA SECUNDARIA Y PROFESORES
ESPECIALISTAS EN SECTORES SINGULARES DE FORMACIÓN
PROFESIONAL**

Página 1 de 2

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)

CUERPO:	0590 PROFESORES ENSEÑANZA SECUNDARIA
ESPECIALIDAD:	003 LATÍN
PRUEBA:	TEXTO EN PROSA O EN VERSO PARA TRADUCIRLO SIN DICCCIONARIO
TURNO:	5

Granger F. Ed. London, William Heinemann LTD, MCMXXXI

Cum forum constitutum fuerit, tum deorum immortalium diebus ludorum expectationibus eligendus est locus teatro quam saluberrimus, uti in primo libro de salubritatibus in moenium conlocationibus est scriptum. 2. Per ludos enim cum coniugibus et liberis presedentes delectationibus detinentur et corpora propter voluptatem inmota patentes habent venas, in quas insidunt aurarum flatus, qui si a regionibus palustribus aut aliis regionibus vitiosis advenient, nocentes spiritus corporibus infundent. 3. Itaque si curiosius eligetur locus theatro, vitabuntur vitia. Etiamque providendum est, nene impetus habeat a meridie. Sol enim cum implet eius rutunditatem, aer conclusus curvatura neque habens potestatem vagandi versando conservescit et candens adurit excoquitque et inminuit e corporibus umores. 4. Ideo maxime vitandae sunt his rebus vitiosae regiones et eligendae salubres. Fundamentorum autem, si in montibus fuerit, facilior erit ratio; sed si necessitas coegerit in plano aut palustri loco ea constitui, solidationes substructionesque ita erunt facienda, quemadmodum de fundationibus aedium sacrarum in tertio libro est scriptum. 5. Insuper fundamenta lapideis et marmoreis copiis gradationes ab substructione fieri debent. Praecinctiones ad altitudines theatrorum pro rata parte facienda videntur neque altiores quam quanta praecinctionis itineris sit latitudo. 6. Si enim excelsiores fuerint, repellent et eicient in superiore partem vocem nec patientur in sedibus summis, quae supra praecinctiones, verborum casus certa significatione ad aures pervenire. 7. Et ad summam ita est gubernandum, uti, linea cum ad imum gradum et ad summum extenta fuerit, omnia cacumina graduum angulosque tangat; ita vox non impeditur. 8. Aditus complures et spatiose oportet disponere, nec coniunctos superiores inferioribus sed ex

**PROCEDIMIENTOS SELECTIVOS DE INGRESO, ACCESO Y
ADQUISICIÓN DE NUEVAS ESPECIALIDADES EN LOS CUERPOS DE
PROFESORES DE ENSEÑANZA SECUNDARIA Y PROFESORES
ESPECIALISTAS EN SECTORES SINGULARES DE FORMACIÓN
PROFESIONAL**

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)

*omnibus locis perpetuos et directos sine inversuris faciendos, uti, cum populus
dimittatur de spectaculis, ne comprimatur, sed habeat ex omnibus locis exitus
separatos sine expeditione.*